Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25999
Copyright: Admont, Benediktinerstift



rapina pauperis in domo sua. / pauperem enim occidisti. ut usura esset hereditas.
Quare atteristis populum meum et faciem pauperum comolistis. dicit dominus exercituum. /
duri iudicatores quorum iuncta mea depascemini. / atterendo atque comoliendo
faciem pauperum. / Videlicet nunquid dederunt in os ursum sanctificatis super eos bellum.
Parcite delinquentes publice arguitis atque confunditis. / diuitibus autem maiora peccan
tibus ne mutuum quidem facitis. Idcirco pauperem occidistis. et iuncta eius usuris pastis. /
ut pauperum spoliis tam atrociter abuteremini. Idcirco iam nunc audite sententiam domini. / o mulieres quae dominamini populi eius ut supra dixit. Nec enim puteris
ille uos comitare dignatus; per mulieribus / quo fluitis uoluptatibus. et per uoluptates
resplendas sic auare rapitis ut nihil sit intolerabilius. Audite igitur mulieres
dominantes. mulieres luxu partim et sanguine fluentes. Et dixit dominus. Pro eo quod ele
uatae sunt filiae syon. et ambulauerunt extento collo. et nutibus oculorum ibant.
et plaudebant. ambulabant. et impedibus suis composito gradu incedebant. / de
calceabit dominus uerticem filiarum syon. et dominus crinem earum nudabit. Quidenim o audi
tores. o totius mundi senatores. quid impudentius istis filiabus syon. / filiabus inquit
idem nurus quod esse debuerant. sed fluxus mulierum. / Eleuantes sedentes super cathe
dram moysi. et ambulant extento collo. accipientes salutationes in foro. et aman
tes uocari abbominibus rappi. et nutibus oculorum eunt et plaudunt. / semper gestientes ad
adulterium et incestum. ut pote principes sodomorum. et impedibus suis composito gradu in
cedunt. ypocritae dilatantes filacteria sua. et magnificantes fimbrias. ita ut
recte dicam eis. Ve uobis scribae et pharisei ypocritae qui similes estis sepulchris
dealbatis. quae aforis parent hominibus speciosa. intus autem plena sunt ossibus mortuorum
et omni spurcicia. Sic et uos aforis quidem paretis hominibus iusti. / intus autem ple
ni estis hypocrisi et iniquitate. Nonne igitur iustissime decalceabuntur uerticem. / et nuda
buntur crinem taliorum filiarum. taliorum muliercularum. / Quomodo decalceabuntur ut pulchra
cua sit omni mundo tinea hypocritarum. / Auferem eis pulchrum templum / per fides
templi iniquitates migrabunt. et nudas estruem eas in gladio romanorum. Indie
illa auferet dominus ornatum calciamentorum. et lunulas. et torques. et monilia. et armillas.
et mitras. et diseminalia. et periscelidas. et murenulas. et olfactoriola. et inaures.
et anulos. et gemmas in fronte pendentes. et mutatoria. et pallia. et linteamina
et acus. et specula. et sindones. et uittas. et theristra. Quid enim haec facient sup
ducta corporibus mulierculae. / nisi quod telas concupiscentiae uiris inicient pro fenestras
oculorum. / Sic nimirum quicquid scribae et pharisei faciunt circa semetipsos et circa splen
didum templi cultum. / ad nihil aliud ualent nisi ad subuersionem intuentium.
Auferet igitur illa dominus quaecumque per ducta mulierum ornamenta recte signant. / ne diuitis
scandalum faciant aspicientibus. Nam reuera si permansissent eimodi filiae syon